

L

Jueves 1.º de septiembre de 1018.

[f. 31 vto.] IGLESIA DE SAN VICENTE EN TORANÇO

Sub Christi nomine ego Frissila, cuius consonans nomem Annaya, que sum filium, quod est parentibus meis Mascimo et Gontroda in Domino Deo eternam salutem. Amen. Ideo placuit mihi accensit voluntas mea, ut pro remedio anime mee traditione vel testamento fecit ad Deum et ad regula Sancta Iuliana in nomine Patris et proli ad tibi abbati meo Iohannes, tradidit me ipsum corpus meum et anima mea ad ipsa regula Sancta Iuliana et ad tibi iam supradicto abbati patrono meo Iohannes, his auditis propter remedio anime mee diem iudicii timendo et portas inferni evadendo et paradisi introiendo per huius testu scripture testamenti istius. Ego Frissila tradidit ex me una cum omnia mea pertinentia quicquid visus sum abere, vel possidere, aut deinceps ganare, vel proligare potuero tradidit, hunc ad ipsis locis sanctis et ad tibi abbas Iohannes coram me servum et contestor trado meam rem et meo ganato omnia esse tradidit et contesto quicquid mihi parentibus meis ganaverunt, et qui iuri meo abeo dest meas casas et meos orreos, torcularia et lictaria et III vasos argenteos, qui meos abeo, cruce et calice, vestimento ornatu ecclesie, libros, ipsas casas, que iam dixi que abeo in villa Erfuci cum ecclesia Sancti Vincenti in valle Toranço. Id est caballos, eguas, bacas, boues, oves, arietes, capras, porcos, vel omnia tota rem ab integro, terras, pomares, vinias que abeo de parentibus meis, et quadra me inter meos germanos quarta portione in villa Furci, et in Carrieto, et in villa Aviti et meas comparationes in villa Sancta Maria III, sernas vel terras, et in illos quetos alia terra que comparavi, et in Caycedo alia terra cum sua defesa de glandiferos, et tota alia genera arborum que comparavi, et alio pumare subtus mea casa que comparavi et molino cum suo coriculo in villa Sancta Maria, et alio molino ab omni integritate in rivo Erfuci et alia comparatione in Quintana, et alia comparatione in illos eyros tradidit eidem omnia iam superius nominata integrum, tam de abos quam de parentibus meis, et meas comparationes et meis prestationibus, quantum ego

Frisilia iure abeo et ganare potuero ganatu vel rem omnia iam superius comprehensa, usque potueritis invenire ex voce mea in montibus, in fontibus, in aquis aquarum vel in sedicas molinarum, tam in cultum quam et in discultum ut abeatis post iure ecclesia Sancta Iuliana traditum et confirmatum, ut quicquid ex inde toleratione, et mihi Frisilia ante Deum mercis perveniat. Et nullus ex inde ad laicale conversatione inde reducat, nec ab ipsa ecclesia auferre presumat. Quia ego Frisilia non valeo conlaudare alio patrono de aliis monasteriis singularis nec alia scriptura, que ego factum abui et intellexi omnia acta mea, et adclamo me, et trado me, et omnia mea pertinentia ipsius et eieci de ipsi aliis abbas et de suis testationibus et tradidit me ad corpus sanctum Sancta Iuliana vel coram reliquie, qui ibidem sunt residue in locum Planes, sive me et omnia mea ibidem contestor usque in finem seculi. Si quis sane, que fieri minime credo hec testamentum me factum aliquis homo venturus venerit ad inrumpendum comes aut regia vel potestas, aut alii abbas de aliis monasteriis cum alia scriptura, aut aliquis de parte mea inrumpere evacuerit aut illos, aut iure ipsius ecclesie Sancta Iuliana auferre presumpserit, aut aliqua divisione in eodem que iam superius dixi voluerit, in primis sit anathematizatus et condempnatus et ad sancta comunione extraneus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus, et insuper inferat ad ecclesia Sancta Iuliana et ad tibi abbate meo Iohannes vel ad congregatio tua vel pariet tantu duplatu quantum fuit conatus inrumpere et auri libras III, et post parte regi aut comite pariet auri libras V.º et post hec scripta testamenti ipsius nemine rumpatur firmissimus et stabile usque in perpetuum. Facta scriptura testamentum die notissimo V.ª feria, kalendas septembris curentis annis istius, era M.ª L. VI, regnante Domino nostro Ihesu Christo et imperante Adfonso Rex in Legione et in Comite Garsea Sanciz in Castilla. Et ego Frisilia in hunc testamentum traditionis ad me factum volui legenter audivi manu mea ++ coram testis, Iohannes et Albaro, hic testes sumus manus nostras ++ roboravimus, Ermegildo scripsit.

El año 1018 comenzó en feria IV (miércoles); el día 1.º de septiembre fué feria II (lunes), y no V, como dice el documento. Creemos, dada la semejanza de los números romanos II y V, que se puso este último en vez del primero. Esta carta prueba que en 1018 ya no vivía el conde Sancho García, y gobernaba su hijo D. García Sánchez.

LI*Sábado 30 de noviembre de 1023.*

[f. 33.] HERENCIA DE GONÇALO NEPZAN

Sub Christi nomine. Ego Guntosalvo qui su filio quod est parentibus meis Nebzano et Otrocía in Domino Deo eterna salute. Amen. Ideo iam dicto Guntosalvo pactum vel testamentum traditionis feci ad Deum et ad ecclesia Sancta Iuliana et ad tibi meo abbate Iohannes tradidit corpus meum et anima mea ad ipsa ecclesia et omnia 5 mea rem vel meo ganato et meas terras et pomares et sylvas vel defesas quicquid visus sum abere et ganare potuero tradidit ibidem integro ad ipsis locis et ad tibi abbate vel patrono meo Iohannes tradidit ego Guntisalvo ipsa mea rem, et ganato et ipsas terras et pomares in villa Fraxineto et in Laureto et in Planes, vel ubi mih 10 Guntisalvo hereditas pertinet abere, in montibus, in fontibus, in aquis aquarum vel in sedicas molinarum, ut ad mihi Guntisalvo ante Deum merces perveniat et nullus inde ad laycale conversatio inde reducat sive me Guntisalvo et omnia mea sibi Deum contestor usque in 15 finem seculi. Si quis sane contra hunc factum nostrum aliquis homo venturus venerit ad irumpendum comes aut regia vel potestas aut quilinte (?) homine qui hunc testamentum temptaverit ad irumpendum in primis sit anathematizatus et condemnatus a Sancta communiione extraneus et insuper pariet ad ipsa eclesia sancta Iuliana tantum 20 duplatum quantum fuerit conatus inrumpere et auri libras II et ad parte comite alias auri libras III et post hec scriptura testamenti ipsius firmis et stabilis usque in perpetuum. Facta scriptura testamenti die sabbato, II kalendas decembris, era M.^a L.^a XI.^a, Rex Aldefonsus in Legionem et Comite Garciani et ego Guntisalvo in hanc testamentum 25 traditionis, qui feci, legenter audivi manu mea + roboravi coram testes Carito et Vincenti hic testis sumus manus nostras ++ roboravimus, Ermigildo scripsit.

LII*Sábado 26 de febrero de 1026.*

[f. 36.] EN SO-CASTIELLO LA SERNA DE LA PUERTA DEL CASTIELLO

Sub Christi nomine. Ego Sendina et Iuliana et Xemena qui sumus dive memorie quod est parentorum nostrorum patre nostro Romano et matre nostra Argylo. Ideo nos supradictos tradimus atque concedimus post parte regule Sancte Iuliane et ad abbate Iohannes vel ad fratres ipsarum tradimus illa serna vel terra que est in Castello qui 5 dicunt Misileo per terminum de Sancta Iuliana et alium terminum de Sancta Iuliana et alios terminos de Valeyro et de suos heredes et usque in illa penna vel petra inter ipsos terminos sic tradimus atque concedimus ipsa terra pro anima de matre mea Argilo, sicut illa abuit 10 de abio suo Comite Dopno Rodanio, ita ex hodierno die vel tempore ut abeat illo post parte regule firmiter usque in finem seculi. Si quis tamen si aliquis homo venturus regis aut comes aut quislibet homo qui hunc iussio nostra vel factum inrumpere quesierit aut iudicio contemptiosus extiterit. In primis ira Dei Omnipotentis descendat super eum et rufea celestis et excommunicatus permaneat et a 15 sacrosancta comunione et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dampnatione, et in super pariet ipse homine diabolicus post parte regula Sancta Iuliana ipsa rem duplatam vel triplatam cum solidos C et post parte fiscalis auri libras V scriptura ista plena abeat firmitatem. Pactum vel testamentum istius die sabbato, IIII kalendas mar- 20 tii, era M.^a LXIII.^a, regnante Rex Adfonso in Legionem et Comite Garciani in Castella et in Asturias. Ego Sendina et ego Iuliana et ego Xemena in hoc pacto que fieri iussimus et legenter audivimus et manus nostras ++ roboravimus, Anaya Didaz et Vela presbiter et Echa Rodriz in nostras presentias ++ roboravimus, Iohannes 25 scripsit et manu mea.....

LIII*Miércoles 11 de agosto de 1111.*[fs. 96 vto. y 97.] **UNIÓN DEL MONASTERIO
DE SAN MIGUEL DE CALVA, EN CAMARGO**

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet ac Spiritus Sancti qui unus admirabilis stat per numquam finienda secula. Amen. Ego Urraca Dei gratia totius Hispanie Regina vobis Sancte Iuliane et eiusdem ecclesie abbati Domno Martino et clericis ibidem in presenti et in futuro deservientibus in Domino Deo eternam salutem. Amen. Ego iam dicta Donna Urraca Regina trado atque concedo meo monasterio Sancti Michaelis in territorio de Camargo in villa que vocitant Calva cum directis suis ab omni integritate stabile per semper et cum casas et orreos, lagares cum abdegas, cubas, curtes, cum omni ornamenta, terras, pumares, defesas exitus vel regressitus et cum omni adiacentias suas de monte in fonte ubique potueritis invenire et mea divisa in illa villa ab omnem integritate. Si quis tamen aliquis homo qui contra factum meum disrumpere voluerit sit maledictus et excommunicatus et pectet ad regem decem libras aurei, et a vobis abbati et servitores dampnum triplicatum. Facta regula testamenti die quarta feria, tertio idus augusti, sub era M.^a C.^a XL.^a VIII.^a, regnante eadem Regina in honore Patris sui. Minaya, Gutier Ferrandez curialius maiordomus confirmat, Didacus Vermudez confirmat, Comes Dopnus Rodericus Asturiensis confirmat, Petro Assurez confirmat, Comes confirmat, Petro Gundisalves de Lara et Comes confirmat, Magistri Petrus Annayas cuius ingenio et tinatione hanc cartam Regina Dompna Urraca feci fieri, et propria roborare proprio signo confirmat — Citi et Villiti testes, Martinus qui notuit et manu mea.

El año 1111 comenzó en feria I (domingo), y el día 11 de agosto no fué miércoles, sino viernes.

LIV*Sin año.*

[f. 37 vto.]

**FUNDACIÓN
DEL MONASTERIO DE SAN PEDRO Y SAN ROMÁN
Y SAN FELICES, EN CABEÇÓN**

Ego Recemirus presbiter vir religiosus et sanctissimus cognomento Traserigus, et alius vir sanctissimus nomine Betelus accepimus ad Antefonsus Rex in sedis leonense et metuo accepimus sua solvicione, quod propter amorem Dei ubi voluissemus habitare et ad Deum servire de benedictione Rex Adefonsus fiat fiat. Et nos iam dictos Recemirus et Betelus monachus Dei placuit nobis et venimus in patria Cabeçone et fundavimus baselica Sancti Petri et Sancti Romani cuius baselica facta et nominata est que dicitur Toporias et fecimus appresura et nominatos terminos per cuetu albu de Dunna et per illa itinera antiqua que discurre a villa Otiese usque Vibo, in rio qui dicitur Pellar, et ipsu rivo nominato Currendo ad illa coba, et ad illas ilices, et illos pinnaculos de intus. Istos quatuor terminos sit scaldamus et adfirmamus nostras apresuras per iussione Adefonsi Regis, et cum tale foro quod qui post nos in ipso monasterio remanserit tradat eum ubi regula sedis fuerit, et si non fecerit a die iudicio dapnatus fiat.

LV*16 de mayo del año....*

[f. 37.]

TOPORIAS

Sub Christi nomine ego Heredus presbiter pro mero animo et spontanea mea voluntate una pariter cum ceteris meis gasalianis qui subter notari vel signaturi facti sumus testamentum vel traditionis facimus Deo et ad regula Sancte Iuliane cuius corpus tumulatum est in villa Planes et religioso abbate nostro Domno Albaro tradimus nos medipsos simul cum omni ecclesie Sancti Romani et Sancti Petri locum nominatum Toporias, id est terras et pumares, senras et defesas, aqueductos et felgarios, casas et orreos, et cubas, et cortes

cum omnia prestancia, lictuaria, libros, casullas, cum calices argenteos et omnia ornamenta ecclesie, cento uacas et bobes, caballos et 10 eguas bravas, arietes et oues, bervices et edos et agnos, et tota rem que pertinet a prestancia vel deinceps ganare potuerimus omnia concedimus post regula Sancta Iuliana et cultores eorum. Et sicut iam sancia auctoritas et sicut doctrina docet patrum nostrorum et avii nostri vel antecessores nostros sicut iam supra resonat. Recemirus 15 presbiter cognomento Trasserigus et Betelus qui per manibus suis construxerunt vel fundaverunt ipsa ecclesia iam nominata, sicut illis permiserunt, traderet ea cum omni abiacentias suas ad alia monasteria maiore. Et nos ita fecimus cum exitus vel regressos suos per ubi antecessores nostri adprehendiderunt de dato Domini Adefonsi 20 Regis in Legione vel in Oveto per illa coua columbaria et per illu rivo de Pellar arripa usque in Bo, et per illa itinera antiqua que discurret ubique et per illu cuetu albu de Dunia et illos pinnaculos et per illas ilizes, et per illas spinas, et refriget se ad illa coua columbaria. Infra istos totos terminos eorum nos medipsos cum nostro mo- 25 nasterio tradimus ad Sancta Iuliana et ad tibi abbate nostro Domno Albaro. Et ego Osonius presbiter qui fuit advena levanensis, et veni ad tibi abbate Domno Recemiro cognomento Transerigus, et dedisti mihi licentia ad populandum deuitos tuos cautos et tuas appresuras. Et ego Osonius iam nominatum hedificavit cum manibus nostris 30 ecclesia Sancti Felicis ubi vocitant Erenezo cum omnia substancia ecclesie, et cum meas comparationes, in Rodeces et in Lusa et in Canales et in valle Ubrica et in Novales et una serna que est in abdito de Subilla. Ego Osonio levanense trado eum una pariter cum tibi abba Reçmirus ad regula Sancta Iuliana, ut do hodie vel tem- 35 pore firmis fiat et securus permaneat per ipsos terminos ad cultores eorum qui sunt vel qui post obitum nostrum in ista regula fuerint, dum iste seculum steterit, ut illic hic habeant gubernationem et nos ante Dei presentiam peccati remissionem. Amen. Ita ut de hodie die vel deinceps alius homo venerit a disrumpendum ista tradicione 40 vel testamentum que fieri iussimus post parte ecclesie in primis descendat super eum ira Domini nostri Ihesuchristi in hoc seculo et quando fuerit in diem iuditii cum Iuda traditore abeat participium et fiat scomunicatus a cetu christianorum. Et insuper pariet ad cultores ecclesie auri libras V. Facta tradictio vel testamentum istum, XVII ka- 45

lendas iunias, in era DC. LXXX. I, regnante Principe nostro Domno Rademirus in Legione. Et ego Eleredus presbiter una pariter cum fratribus meis qui hunc testamentum fieri voluimus et relegente audivimus manus nostras roboravimus, Eleredus presbiter + et testibus tradidit roboranda, Recemirus presbiter, Fecisimus presbiter + et 50 ego Monellus presbiter sic me tradidit ad Sancta Iuliana et ad tibi Albaro abba, sicut antecessores mei fecerunt, simul cum omnia mea de quicquis visus sum abere, et manu mea roboravi coram testes, Todesindus + Nonnitus + Froila + Saturninus + Arciso + Lazarus + Flacenci + Iohannes presbiter + Arbinus presbiter + Espa- 55 sandus presbiter + Ordonius presbiter + Fricus presbiter + Todemirus presbiter + Natalis + Don Pater + Oltricus.

Esta carta y la XIV son de tiempo de D. Ramiro, rey de León (puede ser Ramiro II o III). En una y en otra carta se dice que era abad Álvaro. (Véase lo que decimos en la nota de la carta XIV.) 60

El P. Sota (*Crónica*, pág. 636) copia una donación hecha a Santa Juliana en el año 966, firma D. Ramiro, rey, y figura como abad Álvaro.

LVI

Jueves 6 de mayo de 1049.

[L 6 vto.]

EN ARROYO

Sub Christe nomine. Ego Dominico Didaz ut qui per spontanea mea voluntate trado omnia mea hereditate et de meos germanos cum omnia prestancia que pertinet ad omnem rem. Et est ipsa hereditate in villa que vocitant Arrogio, cum sua prestancia ab omni integritate spontanea mea voluptate trado eam ad regula Sancta 5 Iuliana et ad cultoribus ecclesie qui ibidem sunt morantibus et ad tibi abbate Domino Petro, ut ego Dominico Didaz et parentes vel abos meos abeamus illuminationem ante Deum. Amen. Si quis aliquis homo a disrumpendum venerit aut benefactum meum quod ego Dominico Didaz facio pro remedio anime mee et de parentum 10 meorum qui disrumpere voluerit, et inquietare voluerit, qui talia comiserit quomodo pariet ipsa hereditate duplata vel triplata cum auri libras V.º et ad parte Imperatoris tertie D, solidos pariet. Facta

carta securitate ista die quod erit notum V.^a feria, II nonas magius,
 in era M.^a LXXX.^a VII.^a, regnante Rex Fernandus in Legione et in 15
 Castella, et ego Dominico Didaz in hac regula que feci volui et
 legendo audivi, et de manu mea + roboravi coram testis, qui ibidem
 roboraverunt, Gonçalvo, Felix et Petrus hic testis sumus et legendo
 audivimus et de manus nostras + + roboravimus, Sebastianus
 scripsit, fecit. 20

El año 1049, en que reinaba D. Fernando I, comenzó por feria I (domingo);
 el día 6 de mayo fué sábado, y no jueves, como dice la carta.

LVII

Sin año.

[f. 39.]

TRECEÑO

Sub Christi nomine ego Petro Gontsalviz et uxor mea Sancia
 Didaz tradimus et confirmamus de illa forca de Trecenio usque in
 Sauinnane tradimus illo solare de Bovalle quantum ad uos pertinet
 in ipso solare ad Sancta Iuliana ab omni integritate de monte in 5
 fonte cum suas conciatas et suas defesas et suas hereditates, et eo
 uita Vermudiz cum filios meos Guter Fernandez et Michael Fernan-
 dez et Maria Fernandez tradimus illo solare de Bovalle ad Sancta
 Iuliana de illa forca de Treceno usque in Savinnane terras, pomares,
 comparationes que comparavi cum viro meo Fernando Didaz, defe-
 sas, exitus et regressos de monte in fonte ab omni integritate quan- 10
 tum ad uos pertinet, et quantas comparationes comparen meos filios
 tradimus et confirmamus isto solare integro ad Sancta Iuliana usque
 in secula.

LVIII

Jueves 1.º de marzo de 1084.

[f. 39 vto.] IGLESIA DE SAN VICENTE, EN PIÉLAGOS

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris quoque videlicet
 hac Filii hac Spiritus Sancti qui unus Deus trinus et verus eternus
 permanens in secula seculorum. Amen. Ecce nos omnes neptos de

Donno Nunno Alvariz et de Donna Tarasia id est Nunno Monnioz
 una cum uxor mea Donna Fronildi, et Petrus Alvariz et Donna Maior 5
 una cum viro meo Gundisalvo Petriz et Donna Geluira una cum
 viro meo Petro Gundisalviz, et ego Iuliano Petriz pactum testamen-
 tum facimus a Deo de illa ecclesia Sancti Vincenti cum suo terre-
 fundus sicuti et fecimus a tibi patrono nostro, vel magistro nostro
 Donno Petro de sedis Sancte Iuliane, que est ipsa baselica vel ecclesia 10
 in valle de Pielagos, in certo loco in Salceto, que est ipsa ecclesia
 cum suo terrefundus per illu rio et per illo soto et per illa fonte de
 Arcellero et a Iuliane et per summa cerra, et transgredi itinere illa
 antiqua et ad illa penna et figes se ad illu rio infra ipsos terminos
 nominatos, tradimus atque concedimus eo in manus tuas ab omni 15
 integritate propter remedium animarum nostrarum vel parentum
 nostrorum, et ego Nunno Monnioz una cum uxor mea Donna
 Fronildi trado una terra cum sua pomifera in certo loco ad illa ponte
 ante illa ecclesia Sancti Vincenti pro termino de Petro Alvariz, et
 pro termino de Gundisalvo Petriz, et pro illo solar de Petro Alvariz 20
 et pro termino de Donna Urracha usque in illo rio, et in alio loco
 alia terra in illa vega de Cete Rodriz et alio de Vincenti Didaz, et
 tercio terminu de Donno Gundisalvo Petriz et usqua in flumen Pas
 confirmavimus atque concedimus eas ab omni integritate propter
 remedium animarum nostrarum vel parentum nostrorum. Et alia faça 25
 ad illu poço per terminu de Annaya Iulianiz et pro illa itinere et alia
 itinire antiquorum et affiget se contra flumen Pas, et tercia in alio
 agro in illa vega super casa de Anfonso Fannez que tiene Goto
 Iohannes a mampostura. Et ego Gundisalvo Petriz una cum uxor
 mea Donna Maior damus alia terra que comparavimus de Cidi 30
 Iohannes ferrero super illa ponte per termino de Petro Gundisalviz
 et alio de Donna Fronildi et de Goto Iohannes usque in illo soto.
 Et ecce nos omnes viros atque mulieres de Concilio de Pielagos
 atque de Salceto tam Infançones quam et alij plures diem iuditii
 timendo et penas inferni evadendo, et paradisi introiendo, sic tradi- 35
 mus corpus et animas nostras a Deo et a regula Sancti Vicenti sicut
 audivimus in evangelio dicente: date elemosina et ecce omnia
 munda sunt vobis. Et Iterum: thesaurizate thesauros in celo et alia
 plura sicut iam superius audivimus in sancta scriptura. Beatus qui
 legit et qui audit verba prophetie huius et servat ea que scripta sunt, 40

Nos quidem audiendo et inteligendo advenit nobis voluntas ut bono animo et expontaneas nostras voluntates pactum testamentum facimus sicuti et fecimus coram Deo en Sancti Vincentii a tibi patrono vel magistro nostro Donno Petro et de omnes facultates nostras id est ego Petro et ego Oro damus una faça in illa vega iusta illa serna 45 Sancti Salvatoris, et ego Goto Martiniz dabo una terra cum una promifera in loco prenominato Varcenilla per termino de Dominico Gundisalviz et ego Citi Iohannes dabo una terra in illa plosa de Sancti Vincenti, sic tradimus atque concedimus eo quod scriptura ista resonat infra ipsos terminos nominatos illa nostra proprietate ab 50 omni integritate. Sed si quis tamen aliquis homo qui hunc factum nostrum vel scriptura ista quam nos iam nominatos fecimus disrumpere venerit vel venerimus nos iam supradictos, aut filiis vel neptis aut propinquis nostris vel eredibus aut quibuslibet de subrogata nostra vel persona vel aliquid filii diaboli qui hanc scriptura testa- 55 menti conare vel vociferare visi tantum vindicare coram de alioquin alia iniuriam fecerit, in primis descendat super eum ira Dei et rufea celestia, et discomunicatus permaneat a sancta comunione et cum Iuda traditore lugeat penas in inferno inferiore. Amen. Et post partem ecclesie pariet eo qui talia comiserit et ereditas sicut scriptura resonat 60 duplato vel triplato in simile tale loco cum auri libras II.^{as} et ad Imperatore terciie III.^{or} libras aureas pariet et scriptura ista plena abeat firmitatem usque in seculum. Facta scriptura die notum feria V.^a, kalendas martias, era M.^a C.^a XX.^a II, imperante Rex Adefonsus in Sedis Legione et nos omnes qui hanc scriptura fecimus legenter 65 audivimus et de manus nostras + + coram testes Citi et Belliti hic testes sumus et de manus nostras + + roboramus, Petrus presbiter notuit.

El año bisiesto 1084 de esta carta comenzó en lunes; el día 1.^o de marzo fué viernes, si el día de aumento, por ser bisiesto el año, se agrega al mes de febre- 70 ro; si se agregara después del primer día de marzo, verbigracia, al fin de diciembre, resulta, como dice la carta, que el día 1.^o de marzo fué feria V (jueves). Creemos que así se hacía en aquella época y que está bien la feria. (Véase nota A.)

LIX

Martes 4 de enero de 1121.

[f. 41.]

HIÑOJEDO

Pactum testamentum facio ego Martino Petriz et Donna Fobe Deo et regula Sancta Iuliana Virginis et ad tibi Martinus abba de corpus et de animas nostras de una terra cum sua pomifera en Quintana et est ipsa terra in Sancta Maria de Fenoletto en certissimo 5 loco ad illo casare per termino de Martino Fes, II et III per illa itinera antiqua, quarto termino de neptos de Petro Alvarez. Infra ipsos quatuor terminos ipso solare ab omni integritate usque in finem. Si quis tamen aliquis homo, qui hunc factum nostrum disrumpere ausus fuerit, quoquomodo pariet qui talia comiserit post parte regule Sancte 10 Iuliane ipso qui inscripta resonat duplato vel triplato cum auri libras II.^{as} et ad Imperatoris tertie pariet libras V.^o Facta carta die notu III.^a feria, II nonas ianuaras, era M. C. L. VIII, regnante Rex Adefonso in Castiella, et ego Martino et Donna Fobe in hoc pactum quod fecimus legenter audivimus manus nostras + + roboravimus 15 coram testes Citi Velliti hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Michael scripsit.....

LX

Sin año.

[f. 41.]

AVERIGUACIÓN

DE LA SALENCIERA DE MIENGO Y CUCHIA

Hec est causa sapiendi de illa moria que abemus in illo puteo de Mengo et in vice de Cutia, sobto integro et luneiro et sabbato per ad Sancti Andres, et per ad Sancti Salvatoris, in vice de Ciella, sobto integro et luneiro et sabbato in vice de Met Seuire, medio sobto 5 et medio luneiro et medio sabbato ad Sancti Facundi, et in vice de Melithfan medio sobto et medio luneiro et medio sabbato ita ad Sancti Facundi et ad Sancti Iohannis barcu plenu de moria ad

sexsma septimana in sabbato, et tres burciellos qui fuerunt de Ermigga in illo Mercores qui est de Met Befane. Item alia noticia de moria de Sancta Iuliana in vice de Cutia sobto, et sabbato et lunei-
 10 ro, et item alio sobto, in ipsa vice de Cutia, et in vice de Ciella, medio sobto et medio luneiro et medio sabbato, et in vice Charriço sobto integro et luneiro et sabbato, et in vice de Pau, sobto et luneiro et sabbato, et in vice de Met Seuire medio sobto et medio luneiro et
 15 medio sabbato, et item in ipsa vice de Met Seuire tertia in sobto et tertia in luneiro et in sabbato. Et in vice de Mogro medio sobto et medio luneiro et medio sabbato, et in vice de Bedances medio sobto et medio luneiro et medio sabbato. Eo Leuneço Monioz in vice de Foras medio sobto et medio luneiro et medio sabbato. Eu
 20 Didago Braboliz de Camargo illas duas partes ad Sancta Iuliana et alia tertia ad Didago Braboliz et die sexta feria cum sua nocte semper ad Sancta Iuliana, et die sabbato barco pleno de moria, et in vice Met Bephane medio sobto et medio luneiro et medio luneiro et medio sabbato.

LXI

Sábado 19 de marzo de 1043. (?)

[f. 41 vto.]

UNIÓN

DE MUCHOS MONASTERIOS CERCA DE CASTRO XERIZ

Sub Christi nomine individue Trinitatis Patris quoque et Filii videlicet hac Spiritus Sancti qui unus est admirabilis extat per nunquam finienda seculorum secula. Amen. Exiguus licet peccator atque indignus Fredinandus gratia Dei Rex prolis Sanctioni Regis et uxor mea Sanctia Regina Adefonsus Principis filia in Domino Deo Dei filio
 5 super adnixo sempiterno et veram sospitatem. Amen. Tibi ergo patrona et alumna Sancta Iuliana quorum corpus humatus est in terra asturiense in loco qui dicunt Planes, seu tibi pater Iohannes abbati cum norma monachorum qui ibidem degentium propter remedium anime nostre vel parentum nostrorum. Nos vero Deum timentes et eius
 10 misericordia sperantes ideo offerimus et concedimus sacris altaribus vestris iam supra taxatis vel vobis iam prefatis Dei cultoribus in ter-

ritorium Castro Siriz in villas prenominatas, id est ipsum Monasterium Sancti Romani de Fanux cum suos terminos et cum omnia sua
 15 prestancia, id est unum terminum de Asperiella, et alium terminum de Alvariça, tertium terminum de Fonte Taulin. Inter ipsos terminos nominatos de montes in fontes, in exitus et regressibus suis et id est una vinea de regula de sempercava, et alia vinea de regula del Gramal, et alias duas vineas de regula in Arroyo, et alias duas vineas de regula in Quetu de Monmune, et alia vinea de regula de Tava-
 20 nera, et alia vinea de regula del Peral, alias duas vineas de regula de los Rovorios, et alia vinea de la parete de regula in Quintaniella de Cede, et duas vineas de regula in Aspierella, et alia vinea de regula in paco de barrio Megano, alia vinea de regula in Colobreria de Valmayore, et alia vinea de regula in Pratiellos, et alia vinea de
 25 regula que dicent del Asina, alia vinea de regula de la Monnecha, et alia vinea de la Monneca que dedit Fredinando Lopaquiz a Sancti Romani, et alias duas vineas de regula iusta limitem et tertia pars itinera antigua, et alia vinea de petrafita que dedit Petri Servandiz a Sancti Romani iuxta limitem vinea de Sancti Andree et de alia pars
 30 vinea de Citi, et de tertia pars vinea de Gutierre, et in Mamblilas una vinea et una terra que dedit Garcie Flainez, et una vinea del Valladare que dedit Ecta Morilliz, et alia vinea in Paramiello que dedit Garcie Munniz iuxta limitem de Todislo, et de alia pars vinea de Vermudo, et de tertia pars vinea de Duentalo, et alia vinea que
 35 dedit Morilli in paco de Variuelo que dicitur Sancti Christofori iuxta limitem de Iohannes Telliz, et de alia pars vinea de Megote, et tertia pars carrera que discurrit a multis locis, et in alias duas vineas quinta que dedit abba Donno Garcia, et illa una vinea est in Colobreria, et illa alia in paco de Tavanera. Et una serna que est in Arroio, et
 40 alia serna de Fonte Taulin usque in monasterium, et alia serna in Penniellas que dicitur Valcavatu, et alia serna in Pelaco de Otra. Iusta limitem terra de Sancta Maria et de alia pars terra de Amato, et tertia pars carrera que discurrit, et alia terra que est en nas Quintanas de Fontes, et alia terra que est in Val de Fonteleçina que dicitur
 45 in Valleio de Ervelas, et alia serna in Quetu de Monmime que dedit Luppi Assuriz iusta limitem terra de Falcon, et de alia pars terra de Iacob Ebreo, tertia pars carrera que discurrit et duas vineas Sol Alvariza que dedit Luppi Assuriz, et alium monasterium Sancta Ce-

cilia cum sua hereditate que est in circuitu, est illi molinum que
 est in Arroyo de Valdemoro VI vices in una ebdomata, et in altera
 ebdomada, et in altera ebdomata V vices, et de Atuendo VIII vices,
 et una vinea que est in Brato de Serna, et alia vinea que est in paco
 de Planiellos que dicitur a Sancti Pelagij, et alium monasterium qui
 dicitur Sancta Cecilia de Ripiella cum omnia sua hereditate, et una
 terra de la era, et alia terra inter duas carreras antiguas, et tertia
 terra de plano, et illa lacuna cum suo orto et cum suas fontes, et in
 prato suo portione, et una serna en na Vega de Lotra, que dicitur
 Alvado, et alia serna que est de Casares de Romano, et una vinea
 qui est in Cortes de regula, et alia vinea que fuit de Pecenniello, et
 alia vinea que est in Fonte Moral de regula, et alia vinea que est in
 prato de Serna de regula, et alia vinea que est ant villa de regula,
 et duas vineas in paco de Loma de regula, et in illos molinos de
 ripiella II vices in molino de intro in octo in octo dies, et alium mo-
 nasterium de Canaleias qui dicitur Sancti Juliani cum suos termi-
 nos, I terminum pel Pelayo de la Ollilla, aliu termino carrera que
 discurrit de Escopar a Fenoliosa et III terminu carrera que discurrit
 per el vado del Melgar, et ipsa presa del vado de los molinos de
 Sancti Iuliani, et II molinos en Pisorga, et illum sotum ab omni inte-
 gritate, et I serna en Vega de Lotra iusta terra de Assur Assuriz, et
 de alia pars carrera que discurrit, et III pars per Velga de illu rio,
 e't alia serna que dicitur de Ecta Annayaz, e't alia serna que dicitur
 la Quintana, e't unum molinum integrum que est in Ecompar, in Lo-
 tra, et II vineas de Escopar de regula, et alias II vineas in paco de
 Pe'tresa que dicitur de la Puente, et alium monasterium que dicitur
 Sancti Cipriani cum suos terminos, id est I terminum de Collatiello
 carrera que discurrit pora Palencia, alium terminum de Val de Alar,
 III terminu de Val de Centollo, IIII terminum del Cerral de super
 illas covas, et unum molinum in Requexu in rio qui dicitur Pisorga,
 et III portiones in illo sotu, et una serna que est in Portilla de regu-
 la, et alia serna que est in Votear de regula, et alia serna de Fonte
 putia de regula, et una vinea de la solana de regula, et alia vinea
 super casa, et alia vinea maior del Votear de regula, et II vineas in
 paco de Cannamares de regula, et II vineas in paco de Valboniella
 de regula, et alia vinea in paco de Penniellas cum sua defesa pro-
 pria. Et sit concedimus vobis iam dictis ipsos monasterius superius

memoratos ad ipsos sacris altaribus iam prefatis cum quantum per-
 tinet, et cum omnia sua prestancia cum exitus vel regressibus suis,
 et cum quantum ad ipsos monasterios pertinet ubique potueritis
 invenire. Et vetamus de ipsos monasterios merinos et iudices atque
 sayones per aliquum deuictum aut pro aliqua facinora. Id est pro
 omicidio, aut per furtum, aut pro fornicatio, aut pro labore ad Ca-
 stellum, seuque per fosatum vel ad nuba, iure et potestate non ha-
 beant in Sancta Iuliana, et dictos non den portaticum, ut ex inde
 abeant servus dei temporale subsidium et nos apud Deum remissio
 peccaminum. Sic rouorauimus adque confirmauimus ego Fredinan-
 dus Rex et Sancia Regina ut de ista scriptura firma et stabilis per-
 maneant omnibus diebus vite nostre sibi post obitum nostrum. Et si
 est aliquis homo de genere nostrum filiis, neptis atque bisneptis, sibi
 propinquis vel extraneus aut subcensoribus nostris qui hunc factum
 nostrum disrumpere voluerit a Mater Ecclesie alienus permaneat, et
 locum penitentie non inueniat. Sed vivens in corpore duabus careat
 luminaris a fronte, et post discessum corpus non sepelliat cum
 ceteris christianis, nec spiritus illius societur cum electis Dei, sed
 cum Iuda traditore lugeat in eternam dampnatione, et per dampnum
 huius seculi persolvat ad partem huius ecclesie ipsius monasterii
 cum omnia sua prestancia dupplatur vel triplatur, et insuper talen-
 tum quinque, et post hec hunc nostrum testamentum firmis perma-
 neat. Facta cartula testamenti confirmationis die sabbato, XIII kalendas
 aprilis, era M.^a XXX.^a I.^a, ego Fredinandus gratia Dei Rex et
 Sancia Regina qui hunc testamentum fieri iussimus et manus nostras
 signum impressimus. Bernardus gratia Dei Episcopus in Sedibus Pa-
 lentinensis confirmat, Ciprianus Dei misericordia in Sedibus Legio-
 nensis confirmat, Petrus Episcopus in Sedibus Burgensis confirmat,
 Comes Fredinando Flaginiz confirmat, Monnio Adefonso Comes
 confirmat, Assur Didaz Comes confirmat, Gutierre Adefonso Comes
 confirmat, Gomez Didaz Comes confirmat, Flagini Fredinandiz Co-
 mes confirmat, Flagino Roderiquiz Comes confirmat, Didaco Monnioz
 confirmat, Comes Gundisalvo Munnioz confirmat, Donno Nunno
 Alvarez confirmat, alium Nunno Alvarez confirmat, Loppe Furtunio-
 niz confirmat, Ruderigo Vermudiz confirmat, Furtuni Alvarez confir-
 mat, Munnio Godestioz confirmat, Gundisalvo Rodriz, confirmat,
 Nunno Gundisalviz confirmat, Alvaro Munniz confirmat, Garcia Gu-

tierrez confirmat, Petrus Nunniz confirmat, Beila Rodriz confirmat, Fredinando Rodriz confirmat, Gundisalvo Rodriz confirmat, Guterre 125
Gundisalviz confirmat, Alvaro Rodriz confirmat, Citi Hanniz exaravi, manu mea feci.

Es inadmisibile la fecha o año 993 que da el Cartulario, puesto que firman el rey D. Fernando y su esposa D.^a Sancha.

Dice la carta que el día 19 de marzo era sábado. El año 1043, que comenzó 130 en feria VII (sábado), cumple la condición de ser sábado el 19 de marzo, y era rey D. Fernando. Es de creer que en la fecha se olvidara escribir una L, con cuya adición resulta la era M(L)XXXI, equivalente al año 1043, que proponemos.

Se dice en la carta que eran obispos entonces en Palencia Bernardo, Cipriano en León y Pedro en Burgos. 135

Don Bernardo fué obispo de Palencia desde 1036; D. Cipriano, en León, desde 1040 a 1057; D. Pedro, en Burgos, no coincide con las fechas que asigna Flórez (*España Sagrada*, tomo XXVI) al primero de este nombre (1001-1024) ni al segundo del mismo nombre (1139-1146).

El P. Sota, en su *Crónica de los Principes de Asturias*, publicó este documento en los Apéndices (escritura 20), y en la fecha pone era MLXXXI, o sea año 1043.

El mismo P. Sota publicó (*Crónica*, pág. 649) un privilegio en favor de Santillana, del año 1045, en el cual firman los obispos de Palencia y de León, respectivamente, Bernardo y Cipriano. 145

LXII

Sábado 7 de marzo de 1103. (?)

[f. 44.]

CAMBIO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris quoque videlicet hac Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extad per numquam finienda semper secula seculorum. Amen. Ideo ego Roderico Monioz et uxor mea Tarasia cum omni bona nostra placentia que fecimus inter nos cum tibi Petrus abba et congregatio clericorum vel fratrum 5 prenomina- tis de ipsis Iohannes prior et alio Iohannes et Petrus magister vel ceterorumque vel fratrum placuit nobis et nobis per expontaneas nostras voluptates ut concombiamus vel comutavimus terras per terras cum suis pumiferis vel ceterarumque arbuscula que abemus nostras proprias in territorio asturiensium. Damus nobis 10

Roderico Monioz et uxor mea Tarasia ad vobis Petrus abba cum cuncta omni congregatio vestra ipsas hereditates cum cuncta eius arbuscula que abemus in villa Orennia secundum iuri nostro tene- mus ab integrum extra illa tertia parte que es del Comite Gomez Gutesalvez, et sic quomodo fuit de nostros parentes. Sic damus 15 illo illas II tertias et que iure meo est totum ex integrum vobis concedimus, sive terras, sive pumiferas, sive defesas, pratis, pascuis, padulibus, molinos cum aqueductile suos exitus vel regressus, de monte in fonte cum omnibus adjunctionibus qui ad ipsas hereditates pertinent intus et foris per suis terminis et locis antiquis per ubique 20 suo directo de ipsas hereditates potueritis invenire vobis per cartula concambiationis damus atque in scriptura confirmamus ab omni integritate. Proque accepimus de vobis iam supradictis Petrus abba cum cuncta eius congregatio vestra in concambio per ipsas terras alias terras in territorio de valle Toranzo in villa que vocitant Igras 25 cum suarum arbuscula ab omni integritate quod nobis et vobis bene complacuit et voluntas fuit, et afirmavimus inter nos negotium vel mercatum stabile per semper. Ita ut de odie die vel tempore de iuri meo egressas ipsas hereditates et in iuri nostro egressas ipsas hereditates et in iuri vestro sic traditas atque confirmatas abeat potestatem in Dei nómine, stantem et permanentem huius scriptura concambiationis in omni robore et perpetua firmitate facimus permanere, ut unusquisque quod accepit suum ita firmiter obtineat. Si quis tamen, quod fieri minime credimus, aliquis homo de pars nostra ad parti que vestre ad inrumpendum venerimus, tam nos quam qui 35 post nos advernerit sive Regi, vel Potestas, quam populorum universitas quisquis ille fuerit qui talia comiserit, tunc pariet vobis ipsas terras cum cuncta sua arbuscula in duplo vel triplo in similem tali locum, et insuper aure talentum quinque et scriptura terras fusa firmiter permaneat evo perhenni et secula cuncta. Amen. Facta carta 40 vel scriptura concambiationis die notum sabbato, nonas marcius, era M. C. XI, Adefonsus Imperator Spaniarum Regni regnante in cives Toletane et Legione, et in aliis multis cum coniuge sue Elisabet sub Christi auxilio, ego Roderico Monioz et Vermudo Rodriz, et Monio Rodriz Imperante Camesa, et ecce nos Roderico Monioz et 45 uxor mea Tarasia in hac carta concambiationis que fieri elegimus, et relegendo cognovimus, manus nostras roboramus + + coram